

vectum ornatissimo carpento, quod sex pulcherrimi equi traherant Summu.
 ipsi locum sedendo, ambulando, vehendo ubiq; concordantes et statuerunt
 ipsam super pinnaculum arcis ante Victoriosissimum inclytissimum et
 sapientissimum Regem Vladislavum IV, qui dixit ei, Si filius Ecclie
 es, mitte te deorsum de tua fide, Scriptum est enim quia Papa et Pater
 Caputinus Angelis suis Jesuitis mandaverunt de te, et in manibus
 tollent te, ne forte offendas ad lapidem Podagnicos tuos pedes; At il,
 his Nigrinus rursus: Scriptum est; bene quidem apud Pontificios vivit,
 sed male moritur. Iterum assumpserunt eum Jesuitae in montem excel,
 sum valde, et statuerunt eum in Aula Archiepiscopi Gacsneensis cu
 ibid; essent Illustres Princeps Polinius Regni Polonia Cancellarius
 supremus. Dominus Petrus Sembrivius Epus Jacovici et alij quam
 plurimi Clerici, qui ostendentes ei omnes regni thesauros et Clericorum
 gloriam magna dixerunt ei: de his omnib; argenteb; tibi annuatim
 redditus ad tria usq; Millia talerorum dabimus, si caderas Papam pro
 capite visibili Ecclie agnosceris et sub una specie communio^{is} h^{ab}eat
 dixit Nigrinus Calvinianis: Vadite retro Calviniani, tamen enim scri
 ptu est, Inu Deu tuu adorabis et illi soli servies, quod ego multis
 ab hinc annis quanquam simulato corde publice docui, nihilominus tu
 culinae Vre frigida sunt et redditus Vri macilentus nimis, in papatu
 vero apud ignem Caprae melius incallescitur, ideo concilio Tridenti,
 no corporali meo iuramento subscribam et ipsemet communicabo.
 Tunc reliquit illum Illustres Rosellanus Sedanensis Gerbardus Comes
 in Dorbof et ecce Orbonianus alias Brothorp dicitur, et ~~Ministarum~~
 Salvator Haxbergius et alij Apristate accesserunt et ministrabant
 ei.

J. A. N. A. T. W. O. R. T.

OR SEKER
 J. E. P. N. S.
 Manifest

Frangenti fidem fides frangatur videm.
 Tot hoorn, geonick int jaer ons Secken.
 1644.